

Pentaphylli
Nymphacae
Paeoniae
Cynoglossae

Mandragorae Dof. $\mathfrak{z}\beta$.

In alvi fluxu, nimia sanguinis resolutione, variolis & morbillis, ubi alvi fluxus supervenit, *profunt*: alexipharmacae sunt & in febre quartana conveniunt.

Nymphaea habet in se acidum singulare, phlogoses sanguinisque exaequationes temperans; Propterea in mania & vigiliis tanquam specificum extollitur. Convenit in sistendo fluxu seminali, pollutionibus nocturnis, obtundenda Venere, Inflammationibus renum & vesicae, ut & in febrium aestu.

Paeonia antepileptica est, & in morbis convulsivis convenit, nec non tremore & incubo puerorum.

Cynoglossa narcotica est, convenit in Gonorrhoea & astumate, abigitque pediculos.

Mandragorae Cortex vehementer tamquam $\mathfrak{z}\beta$ purgat. Ejus mucago instar Opii narcoticum medicamentum est.

CAP. II.

DE CORTICIBVS.

CORTICES

Salibus volatilibus oleosis constantes

Aurantiorum

Citri

Cinnamomum

Cassiae lignae.

Caryophyllatae.

Cortex Winteranus.

Guajaci Cortex.

China chinae vera, sale fixo, falsa amariff. constat.

In flatibus & torminibus abdominis, colicis, ut & passione hysterica, stranguria & dysuria, item in dysenteria & nimio mensium fluxu, asperitate faucium, Tussi & inflammationibus uvulae conveniunt.

Cortex Winteranus. Specificum est medicamen in scorbuto, nec non paralyfi.

Guajaci Cortex in Catarrhis, Odontalgia, Scorbuto, scabie, Lueque Venerea feliciter usurpantur.

Chin. chin. Antifebrile, antihyster: & antiscorbuticum medicamentum est.

Dof. in Substant. a $\mathfrak{z}\beta$. usque ad $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$.

In decocto vero, & infuso $\mathfrak{z}\beta$. $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$. $\mathfrak{z}\mathfrak{j}\mathfrak{j}$.

Sale fixo diuretico constantes.

Fraxini

Tamarisci

Capparis

Ob virtutem resolvendi in omnibus obstructionibus inprimis vitiis Lienis conveniunt.

In substantia $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$.

Decocto $\mathfrak{z}\beta$. $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$.

Extract. $\mathfrak{z}\beta$.

Terreis particulis constantes.

Castaneae

Granatorum

Quercus

In substantia $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$.

Decocto ad $\mathfrak{z}\beta$. & ultra.

In listeadis omnibus fluxibus &c.